

- Aque Chao densos Divum numerabat amores,
 Carmine quo captae, dum fufis mollia pensa
 Devolvunt, iterum maternas impulit aures
 350 Luctus Aristaei, vitreisque sedilibus omnes
 Obslupere: sed ante alias Arethusa sorores
 Prospiciens, summa flavum caput extulit unda.
 Et procul: O gemitu non frustra exterrita tanto,
 Cyrene soror; ipse tibi, tua maxima cura,
 355 Tristis Aristaeus Penei genitoris ad undam
 Siat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.
 Huic perculsa nova mentem formidine mater,
 Duc age, duc ad nos; fas illi limina Divum
 Tangere, ait. Simul alta jubet discedere late
 360 Flumina, qua juvenis gressus inferret: at illum
 Curvata in montis faciem circumfletit unda,
 Accepitque sinu vasto, mistique sub amnem,
 Jamque domum mirans genitricis, & humida regna,
 Speluncisque lacus clausos, lucosque sonantes,
 365 Ibat; & ingenti motu suspensam aquarum,
 Omnia sub magna labentia flumina terra
 Spectabat diversa locis, Phasimque, Lycumque,

Et numerabat sequentes amores Deorum ab usque Chao. Quibus cantilenis intentae dum versant fufis mollia lanae, rursus quaeclat Aristaei percussa aures matris, & omnes e vitreis sedibus obslupuerunt: sed ante alias sorores Arethusa prospiciens extulit flavum caput e superficite aquae. Et procul dixit: O Cyrene soror non frustra obspensata tanto luctu, ipse maestus Aristaeus, tua maxima cura, adhaec tibi lacrymans ad fontem Penei patris sui: & te appellat nomine crudelem. Huic respondit mater, percussa mentem voce aquae late dividerentur, qua juvenis dirigeret passus: at aqua accumulata in speciem montis cinxit ipsam, & exceptit magno gremio, & admittit intra furvium. Jamque ibat admirans domum matris, & regna liquida, & aquas clausas in receptaculis, & silvas resonantes: & suspensam magno motu aquarum, considerabat omnes furvius labentes sub magna terra, distinctos locis, & Phasim, & Lycum,

N O T A E.

ludibrio exposita est. Curam inquam Vulcani appellat, sive in custodienda uxore, sive in eadem irretienda: neque enim illa vincula opprobrium Vulcani sustulere, sed evulgare. De Vulcanio, G. 1. 295. De Marte, Ecl. 9. 12. 347. Aque Chao. Ita restituit Heinrius ex antiquis MSS. cum antea legeretur, Aque Chao & Aque Chao. Chaos, indigesta moles, ex qua omnia eruperunt: vulgo numerantur inter ea nomina, quae per casus non declinantur, quoniam hic ablativus est Chao. Sensus est: Narrabat Clymenes amores Deorum, incipientes, vel a prima mundi formatione, vel ab ipso Chao, qui primus Deorum fuit juxta Hesiodum in Theogon. v. 116. ubi Deorum progenitores constituit, Chaos, Tellurem, & Amorem.

348. Mollia pensa. Manipulos lanæ. Pensum, vel a pendo, quia pender e colo; vel potius a pendo, quia appenditur, & cuique assignatur cum mensura & pondere.

348. Fas illi, &c. Quia Deo patre, matre Nymphæ genitus est.

364. Speluncisque lacus clausos, &c. De fluviorum origine quæ sunt opiniones præcipue;

altera Platonis, altera Aristotelis. Platonem commune receptaculum infra terræ viscera conditum putat; quem hic sequitur Virgilius: Aristoteles e mari profluere existimat, quem sequitur Homer. l. 1. 195. Admiratur Aristæus matris domum in illo communi receptaculo. Lucos sonantes appellat poeta herbas in fluviiis & lacubus magna copia enascentes, quæ aquarum interfluentium motu agitantur.

367. Phasimque, Lycumque, &c. Phasis fluvius nobilis in Colchide, oriens in Armenia montibus, in pontum Euxinum labens: circa quem frequentes aves, inde dicit Phasiani, Ital. fasiani, Lycus multiplex: præcipuus in eadem Colchide. Euphrates in Thessalia, Pharsalicos campos irrigans, Tiberinus & Anio in Italia. Hispani in Scythia, Caicus in Myria. Eridanus in Italia: de eo G. 1. 482.

368. Se erumpit. Sic Lucretius l. 4. 1108. Se erupit venis collectæ cupido.

371. Et gemina, &c. Tauri forma a poetis vulgo fluviiis omnibus attribuitur; unde Horatius Od. 4. 14. Sic tauriformis volucribus Ausidus. Id autem fit, vel quia fluvii aquarum pleni

- Et caput, unde altus primum se erumpit Euphrates,
 Unde pater Tiberinus, & unde Aniena fluenta,
 370 Saxosumque sonans Hypanis, Myfuteque Caicus,
 Et gemina auratus taurino cornu vulu
 Eridanus, quo non alius per pinguis culta
 In mare purpureum violentior infuit amnis.
 Postquam est in thalami pendencia pumice tecta
 375 Perventum, & nati fletus cognovit inanes
 Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes
 Germanæ, tonisque ferunt mantilla villis
 Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
 Pocula; Panchæis adolescunt ignibus aræ.
 380 Et mater: Cape Mzonii carchæia Bacchi,
 Oceano libetis, ait. Simul ipsa precatur
 Oceanumque patrem rerum, Nymphæque sorores,
 Centum quæ silvas, centum quæ flumina servant.
 Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam:
 385 Ter flamma ad summum tecti subiecta relaxit.
 Omine quo firmans animus, sic incipit ipsa:
 Est in Carpathio Neptuni gurgite rates
 Ceruleus Proteus, magnaui qui piscibus æquor,

Et fontem, ex quo Euphrates emittit se primo, & ex quo pater Tiberis, & ex quo furvius Anio, & Hypanis strepens inter sacra, & Caicus Myfite, & Eridanus deauratus circa duo cornu taurini vulnus, quo nullus alius amnis rapidior currit per agros fertiles in mare splendidum. Postquam pervenit in tecta cubiculi struata e pumice impendente, & Cyrene cognovit immoderata lamenta filii: sorores per ordinem invicem aquas manibus, & offerunt magpas corrasis pilis: pars onerat mensas cibis, & ponit pocula plena vino: altaria incenduntur ignibus sylvæ. Et mater ait: Accipe duo pocula vini Lydii, hoc effundamus in honorem Oceani. Simul ipsa orat & Oceanum parentem rerum & Nymphas sorores suas, quæ tueritur innumeras silvas & innumeratos fluvios. Ter respersit ardentem flammam purpurino; ter flamma supposita emittit ad usque summum tecti. Quo omine corroborans animus illius, sic ipsa incipit; In Carpathio sinu maris rates est, Proteus ceruleus, qui invecus piscibus magnaui mare perambulat,

N O T A E.

Arboribus fere carens, & vite confita, ex Strabone l. 3.

382. Oceanumque patrem rerum. Ex Orphæo & Homero multis locis, eorumque philosophorum sententia, qui, Thalere Milesio ducæ, ex aqua putabant consistere omnia: Cicero meminit Academ. 2.

384. Ter... nectare Vestam. De mysteriis numeris ternarii, Ecl. 8. 75. De nectare, quod hic pro vino sumitur, Ecl. 5. 77. De Vestæ Dea, quæ hic pro igne usurpatur, G. 1. 498.

387. Carpathio. Pars mediterraneæ maris Carpatho circumjecta: quæ insula est, obversâ Ægypto, inter Cretam & Rhodium media; hodie Scarpanto. De Neptuno G. 1. 14. 388. Proteus. Neptuni & Phœnicæ, vel Oceani & Tethyos filius; sed juxta Virgilium ex penultima Pallene, quæ est in Macedonia, inter finem Thermanicæ & Toronicæ. Regnationes vide Æn. 1. 727. De thure Panchææ regionis in Arabia, G. 3. 120. De libatione Ecl. 7. 33.

380. Mzonii carchæia Bacchi. Carchæum ex Athenæo est poculum oblongum circa mediam partem medioeriter compressum, anis a summo ad infimum pertinentibus. Mezonium vinum, id est Lydium: Lydia enim Asia minoris regio, prius Maonia dicta est.

385. Ter flamma ad summum tecti subiecta relaxit. Aflæ minoris regio, prius Maonia dicta est.

- Et juncto bipedum curru metitur equorum.
- 390 Hic nunc Emathia portus, patriamque revilit
Pallenen; hunc & Nymphæ veneramus, & ipse
Grandævus Nereus: novit namque omnia vates.
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est: immania ejus
395 Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi, nate, prius vinclis capiendus, ut omnem
Expediat morbi causam, eventusque secundet.
Nam sine vi non ulla dabit præcepta, neque illum
Orando flectes: vim duram & vincula capto
400 Tende: doli circum hæc demum frangentur inanes.
Ipsa ego te, medios cum Sol accenderit æstus,
Cum sitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra est,
In secreta senis ducam, quo fessus ab undis
Se recipit: facile ut somno aggrediare jacentem.
405 Verum ubi correptum manibus, vinclisque tenebis,
Tum varix illudent species, atque ora ferarum.
Fiet enim subito sus horridus, atraque tigris,
Squamosusque draco, & fulva cervice læna:
Aut acrem flammæ fositum dabit, atque ita vinclis
410 Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se veret in omnes,
Tanto, nate, magis contende tenacia vincla;
Donec talis erit, mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeter cum lumina somno.
415 Hæc ait, & liquidum ambrosiæ diffusid odorem,
Quo totum nati corpus perduxit; at illi
Dulcis compositis spiravit erinibus aura,
Atque habilis membris venit vigor. Est specus ingens

Exe-

Et curru equorum habentium duos pedes. Hic nunc revisit portus Emathia, Palleneque patriam: hunc nos Nymphæ veneramus, hunc & ipse Nereus senior colit: cum enim sit vates, cognoscit omnia, & quæ sunt præsentia, & quæ præterita, & quæ post immincant futura. Nam sic placuit Neptuno, ejus duci sub mari magnos greges & phocas infames. O nate, ille primo tibi stringendus est calensis, ut explicet tibi omnem originem morbi, & det bonos successus. Quippe nulla dabit tibi consilia nisi coacta, neque vinces illum precando. Quando cepimus illum, injice illi vim durorum vinculorum: quæ hæc vincula fraudes ejus insidias cadunt. Ego ipsa, cum Sol calefecerit mediam diem, cum herbæ siccae sunt, & umbra jam juvenior est gregibus, ducam te in latebris senis, in aqua se recipit e mari fatigatus; ut facile invadas eum stratum somno. Sed cum tenebis illum comprehensum manibus & vinclis, tunc varie figure & vultus belluarum te decipient. Nam repente apparuit sus horribilis, & serpa tigris, & serpens squameus, & læna rufis capite, aut emittit fridorem ætium flammæ, & se expedit se e vinclis, aut effugiet solutus in aquas tenues. Sed quo magis ille mutabit se in omnem figuram, eo magis, o nate, constringe vincula retinentia; usque dum evadat talis transformato corpore, qualem aspexeris, cum somnus inceptus clauderet oculos. Hæc dixit, & sparsit liquidum odorem ambrosiæ, quo perduxit totum filii corpus; at illi suavis odor exivit e capillis unctis, & convenient robur inditum est membris. Est ingens antrum

N O T Æ.

389. Et juncto bipedum, &c. Eosdem Ecl. 6. 35.
& pisces & equos appellat; sed bipedes, 415. Ambrosiæ. Cibis est Deorum; Nequeos videlicet marinos, qui pedes duos habent, ut partemque corporis anteriori habent eque, ubi liquidus odor dicitur ambrosiæ: quorum, posteriori desinunt in pisces.
390. Emathia. Macedonia est, G. I. 418. Habilis venit vigor. Ut lustrari facile possit cum Proteo, contra vincula obliuatur.

- Exesi latere in montis, quo plurima vento
420 Cogitur, inque sinus seindit sese unda reductos,
Deprensus olim statio tutissima nautis.
Intus se vasti Proteus tegit objice saxi.
Hic juvenem in latebris aversum a lumine Nymphæ
Collocat, ipsa procul nebulis obscura resilit.
425 Jam rapidus torrens-fuientes Sirius Indos
Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem
Haurerat: arebant herbæ, & cava lumina siccis
Faucibus ad limum radii tepesfacta coquebant:
Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra
430 Ibat: eum vasti circum gens humida ponti
Exultans, rorem late dispergit amarum.
Sternunt se somno diversæ in litore phocæ.
Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
Vespere ubi e pastu vitulos ad recta reducit,
435 Auditique lupos acunt balatibus agni)
Considit scopulo medius, numerumque recenset.
Cujus Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisque jacentem
440 Occupat. Ille suæ contra non immemor artis,
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem.
Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, victus
In sese redit, atque hominis tandem ore locutus.
445 Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras
Jussit adire domos? quidve hinc petis? inquit. At ille:

Scis,

in latere montis excavati, quo plurimi fluctus pelluntur vi ventorum, & insidunt in sinus repleti: quod est aliquando receptaculum tutissimum nautis periclitantibus. Proteus occultat se intus objectu ingenti saxi. Hic Nymphæ constituit juvenem in insidiis remotas a luce, ipsa remanet procul latens in nube. Jam rapidus Sirius, comburens fuientes Indos, ardebat in cælo, & Sol flammæ succoverat medium orbem; herbæ arecebant, & vadit urelant usque ad limum profunda lumina calefacta sicatis arveis: cum Proteus exiit e mari petens solium speculancæ: circa eum genus humidum magni maris exiliens spargit late equam saliam. Vituli marini adscitum se præ somno separati in litore. Ipse Proteus (quemadmodum aliquando custos armentum in montibus, cum Hesperus revocat vitulos e pastione ad stabulum, & cum ogni auditu a lupis excutans eos balatibus) sedet in rupe in medio armentorum, & recognoscit eorum numerum. Sicutem offertur Aristæo copia bus capiendi; at passus senem disponere ad somnum corpus fatigatum, irriti in eum magno clamore, & vocatis vinculis dormientem. Contra Proteus, non olivæ lucè industriæ, totum se in omnia prædicit rerum, & in ignem, & in bellum horribilem, & in amnem fluentem. Sed postquam nulla fraus invenit modum fugiendi, victus reverentur ad propriam formam, ac demum locutus est ore humano. At quis tibi, audacissime juvenem, imperavit ut venires in meam domum? aut quid a me postulasti? ait. Ille autem respondit:

N O T Æ.

421. Statio tutissima. Vel in ipso specu, vel in cacumine rupis, vel inter rupem ipsam, & continentem: videtur enim rupes non in litore, sed in ipso mari fuisse, non longe a litore, ideoque spatii satis rupem inter & litus fuisse inceptum, ut possent illic stare naves, adversus vim ventorum, 434. Hesperus. Hesperus, stella Veneris, de qua Ecl. 6. 86.
425. Sirius Indos, &c. Significat calorē tunc fuisse vehementissimū, qualis est tempore meridiano, per dies caniculares. Meridie ista eximunt in litore, sed in ipso mari fuisse, non longe a litore, ideoque spatii satis rupem inter & litus fuisse inceptum, ut possent illic stare naves, adversus vim ventorum, 434. Hesperus. Hesperus, stella Veneris, de qua Ecl. 6. 86.

- Scis, Proteu, scis ipse; neque est te fallere cuiquam.
Sed tu desine velle: Deum præcepta secuti
Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
- 450 Tantum effatus. Ad hæc vates vi denique multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
Et graviter frendens, sic fati ora resolvit.
Non te nullius exercent numinis iræ;
Magna luis commissa: tibi has miserabilis Orpheus
455 Haudquaquam ob meritum pœnas (ni fata resistent)
Suscitât, & raptâ graviter pro conjuge sævit.
Illa quidem, dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas alta non vidit in herba.
- 460 At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes: fierunt Rhodopææ arces,
Atque Pangæa, & Rhesi Mavortia tellus,
Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.
Ipse cava solans ægrum testudine amorem,
465 Te, dulcis conjux, te solo in litore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.

Scis, o Proteu, scis ipse; neque ullus potest te decipere. Tu vero cessa velle fallere me: obsecuti
iussis Deorum venimus huc, ad petendum oraculum, quod medeatur damnis verum nostrum.
Hæc solum locutus est. Postea vates magno denique conatu defixi oculos cærulea luce cornican-
tes; & minaciter collidens dentes, sic aperuit os ad fata evulganda. Atque Dei ultio te
persequerit: solvis pœnam magni sceleris: Orpheus, nequaquam propter meritum miser, impre-
catur tibi has pœnas, (nisi fata obstant) & atrociter iuravit ob conjugem sibi ereptam. Illa qui-
dem virgo moritura, dum te fugeret curvens iuxta fluvios, non animadvertit ante pedes alta
in herba magnam serpenticam degentem in ripa. At turba Dryadum ejusdem ætatis implere
clamoribus summos montes; ploraverunt rupes Rhodopææ, & Pangæus altus, & Martia ter-
ra Rhesi, & Getæ, & Hebrus, & Actia Orithyia. Orpheus leniens cava cibaria dolorem amo-
ris, solus canebat te, o dulcis uxor, te deserta in ripa, te die oriente, te die occidente, solus
canebat.

N O T Æ.

447. Neque est te fallere cuiquam.) Pro, nec
licet cuiquam; Græca locutio. Vide Ecl. 10.
46. Nec sit mihi credere.
454. Orpheus.) Thrac: Calliope matre; patre,
vel Apolline, vel Oeagrio Thraciæ fluvio. Ecl.
3. 46. De Eurydice Nympha, nihil admodum
narratur præter ea, quæ habet hic locus.
455. Haudquaquam ob meritum pœnas, &c.)
Triplex interpretatio. I. Abrahami: omnino
preter meritum, id est, majores quam tu merui-
sti. Non placet, quia antea Proteus magna vo-
cavit ipsius commissa. II. Servii & aliorum:
non ad hoc iuxta meritum: id est, minores,
quam tu mereris. Sed sane videntur verba a-
liud sonare. III. Quam suggerit Taubmannus,
qui refert hæc verba ad Orpheum: miserabili-
lem nullo suo merito, & in hac hæreo.
458. Hydrium.) Serpenticam in aquis, humi-
ditate locis degentem, ab *hydris* aqua.
460. Dryadum.) Nympharum silvestrium,
a *dryas* quærens. Ecl. 2. 46.
461. Fierunt Rhodopæa arces, &c.) Enumerat
varia Thraciæ loca, quæ Orphei dolore com-
mota sunt. Rhodopæ: Mons est, de quo Ec. 6. 30.
Arces: Montes, rupes ab *arces* junctum: sic G. 1.
240. Ripasque ardens arces. Rhodopæa arces,)

Tæ

- Tenarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, Manesque adiit, regemque tremendum,
470 Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.
At ca tu commotæ Erebi de sedibus imis
Umbræ ibant tenues, simulacraque luce carentium:
Quam multa in silvis avium se millia condunt,
Vesper ubi, aut hybernus agit de montibus imber:
475 Matres, atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæque puellæ,
Impositique rogis juvenes ante ora parentum.
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocytii, tarda que palus inamabilis unda
480 Alligat, & novies Styx interfusa coerct.
Quin ipse stupere domos, atque intima leti
Tartara, cæruleosque implexæ crinibus angues
Eumenides; tenuitque inhians tria Cerberus ora;
Atque Ixionii vento rota constitit orbis.
- 485 Jamque pedem referens casus evaserat omnes,

Red-

Ingressus etiam Tenarias cavernas, quæ sunt portæ profundæ inferorum, & silvæ obscuram
tenebroso metâ, adiit Manes, & Plutonium imendum, & animos innotos leniti precibus homi-
num. At umbre tenues, cantu Orphei excita ex inferis locis inferorum, & figura carentium
lumine, incedebant: quam multa millia volucrum occultant se in silvis, quando Hesperus, aut
frigida pluvia pellit eas e montibus: uxores, & mariti. & corpora sortium heroum spoliata vi-
ta, pueri, & puellæ innuptæ, & juvenes elati in lustrâ ante oculos parentum. Quoi limus nig-
er, & tarda arundinis Cocytii, & palus odiosa pigris aquis circumcludit, & Styx novies cir-
cumvolvata compesct. Obsupervant etiam ipsæ domos, & profundissima Tartara mortis, & Eu-
menides implicatæ cæruleis serpenticis crinibus loco; & Cerberus hians continui tria guttura: & Ixio-
nis rosea rota constitit orbis, stante vento contrario. Jamque regressum ostenderat omnia peri-
cula, & Eu-

N O T Æ.

- nara: promontorium Peloponnesi, dividens
sinum Messeniæcum a Laconico: quod Græ-
ci fabularum aditum esse inferorum. Æn.
6. 237.
- Ditis.) Plutonis, qui Jovis & Neptuni fra-
ter, inferorum imperium sorte obtinuit: Pro-
serpinam, Cereris filiam, rapuit, &c. Utrum-
que nomen a divitiis habet, quæ e terra vi-
lceribus effodiuntur: Dis quidem Latine di-
tus a divitiis; Pluton Græce a *ploutos*, quæ
vox idem significat.
468. Nigra formidine lucum.) Silvas in in-
feris etiam myrteas, aliaque constituit, Æn.
6. v. 444. ac deinceps. Et hic est enallage sive
inmutatio: caligantem nigra formidine, pro
caligantem nigredine formidabili.
469. Manes.) Sumuntur & pro mortuorum
animis, & pro loco ipso inferorum, ubi animi
degunt, & pro Diis ipsis inferorum. De iis ita
philosophatur Apuleius lib. de Deo Socratis,
omnium, opinor, optime. Stant, I. Animos
illos generatim dicit lenius. II. Ex his lemuri-
bus, qui postoriturum curam sortitus, peccato &
quieto nomine domum possidebat, laræ dicit
familiarem. III. Qui propter adverfa vitæ me-

rita, nullis bonis sedibus, in terra quodam
exilio puniebatur, inane terriculamentum
bonis, motum malis, lararum dicit. IV. Cum
incertum esset, quæ cuique sortitio eveniret,
utrum laræ esset, an larvæ, Manem Deum
nuncupari, & honoris causa vocabulum esse
additum. Manes porro dictos putant, vel a
manando, quia manant & discurrunt per au-
ras; vel ab antiqua voce manes, hoc est lo-
nus, unde & mane derivatum voluit. Reli-
qua vide Æn. 6. 743.

471. Erebi.) Juxta Hyginum, Deus est in-
ferorum, ex Chaos & Caligine progenitus, pa-
ter nodis: juxta alios, ipsa est inferorum
profundissima sedes, ab *erebo* teo.

479. Cocytii.) Inferorum Hu-
mina sunt. Æn. 6. 322.

482. Tartara.) Tartarus, plur. Tartara,
inimus inferorum locus: a *τάρταρος* contumelo,
quod illic plena sunt omnia perturbationis;
vel a *τάρταρος* tremore obrigesco.

483. Eumenides.) Furis: G. 1. 278. Cer-
berus.) Canis triceps, cultos inferorum. Æn.
6. 477.

484. Ixionii.) G. 3. 38.

487. Pro-

Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras,
 Pone sequens; namque hanc dederat Proserpina legem:
 Cum subita incautum dementia cepit amantem;
 Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.
 490 Restitit, Eurydicenque suam jam luce sub ipsa
 Immemor, heu! viduisque animi respexit: ibi omnis
 Effusus labor, atque immitis rupta tyranni
 Pœdera, et terque fragor stagnis auditis Avernis.
 Illa; Quis & me, inquit, miseram, & te perdidit, Orpheu?
 495 Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
 Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.
 Jamque vale: feror ingenti circumdata nocte,
 Invalidasque tibi tendens, heu! non tua, palmas.
 Dixit, & ex oculis subito, ceu fumus in auras
 500 Commixtus tennes, fugit diversa; neque illum
 Presentem nequiquam umbras, & multa volentem
 Dicere, præterea vidit; nec portitor Orci
 Amplius objectam passus transire paludem.
 Quid faceret? quo se raptâ bis conjuge ferret?
 505 Quo fletu Manes, qua numina voce moveret?
 Illa quidem Stygia nabat jam frigida cymba.
 Septem illum totos perhibent ex ordine mentes
 Rupe sub æria deserti ad Strymonis undam
 Flevisse, & gelidis hæc evoluisse sub antris,
 510 Mulcentem riges, & agentem carmine quercus.
 Qualis populea mœrens Philomela sub umbra
 Amisos queritur lætus, quos durus arator

Ob-

Ob Eurydice ipsi restituta redibat in altam lucem, propius sequens; nam Proserpina posuerat hanc conditionem: cum repentina insania occupavit improvidum amantem, condonanda illa quidem, si Dii inferi scirent condonare quicumque. Stetit, & jam in ipso aditu lucis, immemor & impatiens animo, respexit Eurydicem suam: illic omnis opera perditâ est, & passum crudeliter regis resistam, & fragor ter auditus per stagna Averna. Illa sic locuta est: Quis & me miseram, & te perdidit, o Orpheu? Quis tantus furor? Ecce rursus dura fata relvo appellam me, & somnus claudis oculos stultantes. Jam ergo vale: labor circumfusâ magnis tenebris, & portitoribus tibi manibus, heu! non amplius tua. Stelocuta est, & ex oculis statim evanuit in aliam partem, velut fumus commixtus in ærem tenuem: neque postea vidit Orpheum frustra captantem umbras. Commixtus multa loqui; neque portitor inferorum passus est deinde etiam transire paludem interjectam. Quid faceret? quo se conjuge ferret? Eurydice quidem jam frigida volbat cymba Stygia. Ajunt illum septem integros menses continuo ploravisse, sub rupe alta, juxta aquas deserti Strymonis, & revoluisse frigidis in cavernis hos calius tuos, movendo riges, & trabendo cantu quercus. Qualis luscinia tristis sub umbra populi lamentatur pullos amissos, quos crudelis agricola

N O T Æ.

487. Proserpina.) G. 1. 39. 493.
 493. Stagnis Avernis.) Avernis, lacus in
 Campania: Latinis habitus ostium infero-
 rum, ut Tanarus: Græcis: Æn. 6. 237.
 496. Natantia lumina.) Invalida, juxta
 Hippocratis, in ægotante mortis indicium
 modo modo clauduntur, modo aperiantur;
 ut fit quando somnus invitis obrepat.
 502. Portitor orci.) Charon, qui animas
 cymba transportat. Æn. 6. 299. Orcus, in-
 feri, G. 1. 277.
 508. Strymonis.) Macedoniæ fluvii, in
 confinio Thraciæ.
 511. Philomela.) Quæ in lusciniam conver-
 sa est, Ecl. 6. 78.
 516. Hymenæus.) De Hymenæo, conjugii Deo.
 G. 3. 60. De Hyperboreis regionibus G. 3. 196.
 De Riphæi montibus G. 1. 240. De Diti; lu-
 da p. v. 467.
 517. Tanaim.) Tanais fluvius in Moscorum
 finibus oriens, in Mæoticam paludem in-
 fluens, Europam ab Asia determinans.
 520. Spretio Ciconum quo munere matres.) Ita
 lege ex antiquis aliquot codic. non spre-
 ta quia

Observans nido implumes detraxit, ac illa
 Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
 515 Integrat, & mœstis late loca questibus implet.
 Nulla Venus, nullique animum flexere hymenæi.
 Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem,
 Arvaque Riphæis nunquam viduata prinitis
 Lustrabat, raptam Eurydicem, atque irrita Ditis
 520 Dona querens: spreto Ciconum quo munere matres,
 Inter sacra Deum, nocturnique orgia Bacchi,
 Discerpium latos juvenem sparsere per agros.
 Tum quoque marmorea caput a cervice revulsam
 525 Gurgite cum medio portans Oæagrius Hebrus
 Volveret, Eurydicem vox ipsa & frigida lingua,
 Ah miseram Eurydicem, anima fugiente, vocabat:
 Eurydicem toto referebant flumine ripæ.
 Hæc Proteus: & te jactu dedit æquor in altum;
 Quaque dedit, spumantem undam sub vertice rostris.
 530 At non Cyrene: namque ultro affata timentem;
 Nate, licet tristes animo deponere curas.
 Hæc omnis morbi causa: hinc miserabile Nymphæ,
 Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
 Exitium misere apibus. Tu munera supplex
 535 Tende petens pacem, & faciles venerare Napæas.
 Namque dabunt veniam votis, iraque remittent.
 Sed modus orandi qui sit, prius ordine dicam.
 Quattuor eximios præstanti corpore tauros,
 Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lyçæi,

540 De-

deprehendens in nido abstrulit adhuc implumes: illa vero plorat per noctem, & stans in ramo renovat lugubrem cantum, & implet loca omnia tristibus querelis. Nullus amor, nulla conjuga leniterunt animum. Solus percurreret glacies Boreales, & Tanaim nivolum, & agros nunquam carentes Riphæo gelu, ingens Eurydicem creptam, & raptam dona Platonis: quo nuptiali munere contempto multæres Ciconum, inter ceremonias Deorum, & nocturna orgia Bacchi, discerpium per vastos campos membra laniati juvenis. Tunc etiam, cum Hebrus Oæagrius ferens merito in fluctibus volveret caput ejus reserctum a candido collo, ipsa vox & lingua frigida Eurydicem, ah miseram Eurydicem, appellabat anima erumpente; ripæ totius fluminis repetebat Eurydicem. Hæc dixit Proteus, & se jactu immisit in profundum mare, & qua se immisit, supra caput lutum convolvit aquam spumantem. At Cyrene non se immisit; nam prior allocuta est trepidantem: Fili, potes abicere ex animo mœstam sollicitudinem. Hæc est tota origo morbi: ideo Nymphæ, cum quibus Eurydice miscbat choreas in profundis silvis, intulerunt funestam perniciem apibus. Tu supplex offer dona, obsecrans veniam, & ole Napæas placabiles, nam concedent veniam precibus, & deponent furorem. Sed antea docebo per ordinem, quæ sit ratio precandi. Elige quatuor tauros insignes robusto corpore, qui nunc tendent tibi cacumina viridis Lyçæi.

N O T Æ.

quia sic constat sibi sententia: Thraciæ enim rû-lyra relata inter sidera, & a singulis Musis, mulieres Orpheum de Nuptiis sollicitaverant: quatuor cecinerat laudes, stellis novem insignita. Hebrus Oæagrius dicitur ab Oæagro: live Oæagrus rex fuerit Thraciæ, qui nomen suu fluvio reliquerit, ut vult Diodorus Siculus; sive fluvius fuerit, ex quo Hebrus nascitur, ut vult Servius.
 535. Napæas.) Nymphæ lucorum sunt, a
 539. Lyçæi.) Montis Arcadiæ, qua in re-
 gione Aristæus aliquando regnavit. De au-
 rosa G. 1. 249.
 541. Nuptiali munere spreto, ipsum laniavere. Ci-
 cones, gens fuit Thraciæ: circa ostia Hebræi
 & montem Hmarum, de quibus G. 2. 37.
 521. Nocturnique orgia Bacchi.) Orgia, sacra
 Bacchi, ab ipso furor, quod cum furore per-
 agerentur. De Bacchi & Baccho. Ecl. 5. 29.
 69.
 524. Oæagrius Hebrus.) Orphæi truncum caput
 in Hebrum cum lyra projectum, dicitur in
 insulam Lesbium appulisse, atque ibi esse sepul-

- 540 Delige, & intacta totidem cervice juvencas.
Quatuor his aras alta ad delubra Dearum
Constituæ, & sacrum jugulis demitte cruorem,
Corporaque ipsa boum frondoso desere lucco.
Post, ubi nona suos aurora ostenderit ortus,
545 Inferias Orphei lethæa papavera mittes,
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa,
Et nigram mactabis ovem, lucumque revises.
Haud mora, continuo matris præcepta facessit:
Ad delubra venit, monstratas excitat aras,
550 Quatuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem cervice juvencas.
Post, ubi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumque revisit.
Hic vero subitum, ac dictu mirabile monstrum
555 Aspiciunt; liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes utero, & raptis esse vere collis,
Immensasque trahi nubes, jamque arbore summa
Confluere, & lentis uvam demittere ramis.
Hæc super arborum culcu pecorum que canebam,
560 Et super arboribus: Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victorque volentes

Per

Et totidem juvencas, collo nondum subacto. Erige his victimis quatuor altaria in altis tem-
plis Nympharum, & effunde e gutturibus lacrum sanguinem, & relinque ipsa corpora victimarum
in frondente lucco. Deinde quando nona aurora patefecerit ortum suum, dabis inferias Or-
phei & papaveribus lethæis, & coler mitigatam Eurydicen occisa vitula, & immolabis ovem
nigram, & repetes lucum. Sine mora, statim exsequitur mandata matris; venit ad templa, e-
rigit altaria prescripta, ducit quatuor tauros insignes volufo corpore, & totidem juvencas, col-
lo nondum subacto: deinde, postquam nona aurora patefecerat suum ortum, dat inferias Or-
phei, & repetit lucum. Illic vero vident prodigium imperiojum & mirabile dictu: apes stride-
ra toto utero inter patrefacta viscera boum, & erumpere fractis collis, & diffandi magnas ca-
rum nubes, & jam eas congregari in cacumine arboris, & e ramis flexibilibus dependere in
modum uvæ. Hæc cantabam de cultura agrorum & pecorum, & de arboribus: dum magnus
Cæsar tonat circa presensdum Euphratem, & victor distribuit leges

N O T A E.

545. Inferias Orphei lethæa, &c.) Inferias
sacrificia, quæ Diis Manibus offerebantur.
Orphei. Dativus Græcus Orphei Ecl. 4. 57. Papa-
vera lethæa, id est, oblivionem & somnum indu-
centia; ad id obliuio, G. 1. 78. Æ. 6. 323.
556. Stridere, esse vere.) Penultima brevis,
G. 1. 456.

558. Uvam demittere.) Certe hic lætitiæ si-
gnum est illa apam glomeratio, de qua vi-
de supra v. 257.

561. Fulminat Euphratem bello, &c.) Cer-
rum est ex hoc loco, ultimam huic operi
manum admoram esse post bellum Alexan-
drinum, oculis Cleopatra & Antonio: cum
Octavianus per Syriam in Asiam hysmatu-
sus abiisset: tunc enim non longe aberat ab
Euphrate. Tunc Teridatem Phraatempque de
regno Parthiæ contendentes, victoriæ suæ ter-
rore aliquomodo composuerat; Teridatemque
victum in Syria permisit versari, Phraa-
tis filium obidem secum abducebat Romam.
Tunc divinos maxime honores affectabat, &

templa sinebat sibi fieri Nicomediæ, Perga-
mi, & alibi passim. Quæ omnia, ut constat
ex Dione l. 5. contingere per hysmem anni
U. C. 724. exeeuntis, cum natus esset Octa-
vianus annis expletis 39. Virgilius item 40.
Neque enim aliud est in historia tempus,
cui melius assignari hæc possint. Tempus
videtur poeta addidisse operi jam perfecto,
quicquid in eo passim legitimus de Octavianus
victoriis. G. 2. 171. Qui nunc extremis Asiæ
jam victor in oris, &c. G. 2. 28. Arque hic
undantem bello, magnamque fluentem Nilum,
&c. Quod autem dicunt ejus vitæ scriptores,
eum Octavianum, ex Asiatico bello reduci, &
Atellæ commoranti, legisse Georgica, Mæ-
cenate suscipiente legendi vices; id aut
omnino falsum est, aut certe non nisi post bel-
lum Alexandrinum contigit. Constat enim
ex Dione, Plutarcho, & aliis, Octavianum,
confecto bello Asiatico, non festisse in Italia,
nisi paucissimos dies Brundisii; indeque statim
in Græciam Asiamque abiisse, ibidem-
que

Per populos dat jura, viamque affeclat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti:
565 Carmina qui lusi pastorum, audaxque juvenata,
Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

populis non invitit, & præparat sibi viam ad caelum. Illa tempestate Neapolis amana me Vir-
gilium nutrebat, vacantem studiis oti privati: qui lusi versibus pastoribus, & confidens ju-
venuti te cecini, o Tityre, sub umbraculo opacæ fagi.

N O T A E.

que hyemasse, ad instruendos Alexandrini bertas & frequentia Cumis noceret, hæc
belli apparatus; tantum abest ut Atellam, postea diruerunt; deinde grassante late po-
que urbs est Campaniæ, venerit.

564. Parthenope.) Neapolis, urbs Italicæ vocaveruntque Neapolim, id est urbem no-
Campaniæ maritima, nunc regni caput; a vam. De Virgili in ea commoratione ac
Chalcidensisbus, qui Cumas Italicas condide-
runt, etiam condita. Il primo illam Parthe-
nopen vocaverunt, invento ibidem tumulo

unius & Sirenius hujus nominis, quæ dolens
Ulyssiem cantu suo non fuisse alleclum, mor-
tum sibi conficerat. At cum loci hujus u-
vata litterarum ac bonorum artium, quæ a
poeta modestissimo dicuntur ignobilis, præ
administratione republicæ & magistratuum,
ad quod nunquam Virgilius accessit.

FINIS GEORGICORUM.